mercedem sufficere fauores humanos putant.
Cum enim pro opere laus transitoria queritur
eterna retributione res digna uili precio ue
numdatur de quo uidelicet percepto pretio
ueritas dicit amen dico uobis receperunt mer
cedem suam; Ammonendi sunt ut considerent
quia cum de praua se in occultis exhibent sed tamen
exempla de se publice in bonis operibus prebent
ostendunt sequenda que fugiunt clamant aman
da que oderunt uiuunt postremo aliis et sibi
moriuntur; At contra ammonendi sunt quibo
ne occulte faciunt etiam in quibusdam factis pu
blice de se male opinari permittunt; Ne cum
semet ipsos actionis recte uirtute uiuificant
in se aliquos per exemplum praue estimationis occidant
ne minus quam se proximos diligunt et cum ipsi
salubrem potum uini sorbeant intentis in sui consi
deratione mentibus pestiferum ueneni poculum fun
dant; Hi nimirum in uno proximorum uitam minus
adiuuant multum in altero grauant dum stu
dent et recta occulte agere et in quibusdam factis
ad exemplum de se praua seminare; Quisquis enim
laudis concupiscentiam calcare iam sufficit edi
ficationis fraudem perpetrat si bona que agit
occultat et quasi iactato semine germinandi
radices subtrahit qui opus quod imitandum est

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 217, p. p.%20235 – Gregory the Great, Regula pastoralis; St. Gall Botanicus; St. Gall Bestiary (http://www.e-codices.ch/en/csg/0217/p.%20235)